

Rationes.

Qua privilegium sigillationis panni Anglicani Gedanensibus concessum abrogandum esse ostendunt.

1. Hoc privilegium Regno Poloniae et Majori D. Lithuaniae admodum damnosum est dum Gedanenses Monopolium inducunt pretia rerum et mercium tam in vecturam quam evecturam ad nutum et arbitrium suum disponent, advenas mercatores quando et quomodo Gedanensibus placuerit mercas suas vendere adigent et cogent et Poloni ac Lithuani a solis denuo Gedanensibus Lege aucto praeter emere tenebuntur. Sigillatio praetium panni comperit hactenus auxit, ut in singulis ulnis ultra florenum excrevit. Quod recte computatum ad plurimas aurum tumas quotannis exsurget. Ac erectis mercibus siles, quas sic solis Gedanensibus emere licuerit in finita in Comoda Poloniae et Lithuaniae inde orientur vita ac anima commerciorum est libertas qua ablata fuditus peribunt.
2. Haec sigillatio Anglorum commercia à mari Baltico penitus arcebit Angli mercatores Longo amorum ac cursu magnam commerciorum commutationem cum subditis Regni Poloniae et Majori D. Lithuaniae exercuerunt imo singulis Annis Anglorum Commercium ad varias milliones flor. extendebantur mercas semper nunquam paratam pecuniam exportarunt, nunc omnes illae mercas in utiles in manibus polonorum manebunt, Anglorum naves durante sigillatione ad portum Gedanensem venire nequeunt neque illas exportabunt mercas.

3. Panni Anglicani per Germaniam aliasq; vias in Poloni-
am introducantur et ubi antea merces Polonicas
pro pannis suis alijsq; rebus exportare soliti sunt,
nunc paratam pecuniam emittent, quod si fece-
rint, nihil deterius, nihil incommodius Regno
Poloniae accidere poterit, Grata debent illa Com-
mercia esse, quae Merces pro Mercibus mutant,
Infauusta et detestanda quae paratam pecuniam
exhaureunt, Angli Mercatores dum mercaturam
exercuerunt nunquam paratam pecuniam expon-
tarunt, sapienter per literas cambij aliasq; modos im-
portarunt magnam nummorum vim.
4. Siquidem haec sigillatio contra Tractatus pacis pugnat,
adversa parti ansam praebuit telonia ante portum
Gedanensum augere et Commercia novis oneribus
ac impedimentis turbare, quae omnia Poloni tandem
solvere ac sustinere cogentur.
5. Indignitas graviter tolleranda mobili huic merci
illa sigillatione infligitur adulterini etiam
panni pro Anglicanis signantur et venduntur,
non sine magno Polonorum damno ac incommodo.
6. Si inutilis haec sigillatio fuerit Anglorum Com-
mercia à Mari Baltico penitus arcebuatur, si circa
Anglis perire erit sine telonia alijsq; onera ante
portum Gedanensum auquantur sine minuentur,
verum si solida Libertas Commercijs reddatur
extra dubium laboratum onus Angli et aequitas
et modus huic negotio habeatur, et ut Commercia
pristino flori ac nitore restituantur, et fura illa
gravamina tollantur.

7. Regno Angliæ Privilegium sigillationis Exsitio,
sum est, ut pote Gedanensis merum solum finem pri-
vilegium hoc excogitarunt, ut sedem Societatis
Mercatorum Anglorum vi ad se cogerent et trabe-
rent, non minimum Regni Angliæ vulnere est
mercatura, quæ per Societates distributa est,
Societates hæc per varias orbis terrarum
partes sedes suas habent, et Privilegia si igitur
Gedanenses hac sigillatione et similibus artibus
vi ad se trahere possunt Angliis atque reipublicæ
et Civitatibus à Gedanensibus edocte, nam nullæ
sunt quæ non unice sedem Mercatorum ambeant
idem conabuntur ita mercatores Anglii perpe-
tuis mutationibus vexabuntur, et consequenter
universus Regni Angliæ status graviter
turbabitur, quod quidem difficulter tollerari
potesq.

[Faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

[Faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

[Faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page.]